

Sæpe semper fuit Rex potentissime Maiestatis uestre erga me beneuolentia
 tantaq; sensi Regij uestri fauoris testimonia, licet de V. M.^{te} nihil
 unq; sim meritus, ut nihil ab illa non sim semper mihi pollicites
 maxime uero ubi causa aq;uitas ad uestram Regiam Ma^{tem}
 erga me satis alioquin propensam accederet. Quæ sane me
 ad R. M. V. hoc tempore ad scribendum acudatem reddiderunt
 sperans fore ut meam supplicem petitionem iustissimam
 æquissimam non sit auersatura. Non dubito quin R. M. V.
 satis intellexerit quantis uem difficultatibus sumptibus et periculis
 in hac inferiori Germania parte nobis Dei benignitas conceperit
 ut fundamenta ueluti Ecclesiarum iaccerentur quæ relicta superstitione
 et idolorum cultu iugum Romani Episcopi excusserunt; quæ essent
 conficienda, quos qualesq; experiamur aduersarios quid aeternè dicere
 uim ea uel uniuerso Christiano orbi sint probe cognita. Sed
 ecce dum cum tot tantisq; difficultatibus conflictamur audimus
 interim aliquos esse qui sub quorundam (quam sibi arrogat)
 Magnatum et Principum consensus & auctoritatis umbra et
 prætextu id prouent ut Ecclesia uestra R. Ma^{tes} Imulorum
 aliorum principum iudicio condemnentur. Id certè potius
 erat illis etiam atq; etiam considerandum Ecclesias nostras ueluti
 adhuc in serba iacentes omnibus modis prouehendas esse

fouendas quam condemnandas, nihilq; ex cuiusmodi agendi ratione
aliquid exspectandum esse quam ubi, (quod Deus opt. Max. &
auertat) de nobis hostes triumphum reportassent non minus
infestos illis ipsis fore, quam nobis faciunt, paremque sententiam
eorum ferociam et saeuitiam quod si usq; adeo parum sint prudentes
ut hoc prouidere non possint, praeteritorum tamen malorum quibus
uniuersa fere exagitata fuit Germania recordatio illos admonere
debuerat quid abs conuirsatis nominis Christiani hostibus sit ex-
spectandum, quibus nihil magis est in animo quam ut omnes in
uniuersum Ecclesias quae sese ex tyrannide Episcopi Romani
subdixerunt despiciant. Sed ea sunt artes eorum hominum
ut eos prius adoriantur de quibus uictoriam minus cruentam
reportare sese posse confident, ut hac ratione sibi viam ad
alias obuendas patefaciant. Cum autem U. N. M. t. b. s.
opera et erga reliquas Ecclesias beneuolentia hucusq; effectum
sit ne amplius isti homines potuerint progredi ab illa demississime
pelo ut pro sua auctoritate & pristina erga omnes Ecclesias
Christi uoluntate efficiat ne tantum malum quod ad multas
est redundaturum longius serpat. Sed potius ut pacate si
quid est inter Theologos controversiae pro more ueteris Ecclesiae
transigatur, quam aliquibus id liceat in alias Ecclesias iuris

cas nempe inauditas condemnandi quod nunq̄ cuiquam mortalium
iure concessum est. Peto itaq̄ rursus demississime a
R. M. V. ne faciat, immo etiam apud alios Principes
id curet ne suo seculo id genus hominum tale statuat in
Ecclesia exemplum quod uniuersa posteritas sit auersatura
quodq̄ hostibus Ecclesiarum conuictis fenestram sit aperiturum ad
perdendas uniuersas Christi Ecclesias nisi Dominus Jesus Christus
suo favore eas protegat atq̄ defendat. Valeat R. M. V.
meq̄ in suorum clientum numero ad omne officij et obsequij genus
propensissimum habeat et suo semper favore prosequi dignetur
Data Antuerpiae III Id: Jul: A^o 17. 1719

Seremiss: Reg: M. V.

Obsequentissimus et Deditiss.

Gunttus a Nassau

Serenissimo potentissimoq Principi
ac Domino Dno Frederico secundo
Daniae Noruegiae Gothorum Vandalorum
Regi Duci Suesuicae Holsatiae & B.
Comiti in oldenbourg & Helmenborghae

placet Frederico
xxx die Julij A. 1697.